Flectere laxatas per cuncta sequacia ceras
Et uultus implere manu. seu corpora gypso
Fingere. uel segni speciem conponere massa
Sic pater omnipotens facturum protinus artum
Tractat. et in lento meditatur uiscera caeno
ic capite omnes sensus iunguntur
Hinc arcem capitis sublimi in uertice signat
Septiformem uultum rationis sensibus aptans
Olfactu. auditu. uisu. gustuque potentem.
Tactus erat solus toto qui corpore iudex
Sentiat. et proprium spargat per menbra uigorem
Flexilis artatur recauo sic lingua palato
Pressus ut in cameram pulsantis uerbere plectri
Percusso resonet modulatus in aere sermo
Exin succiduum porrecto in corpore pectus
Spargit ramosas post brachia fortia palmas
Succedit stomacho medius qui tegmine molli
Inter utrumque latus foueat uitalia uenter
Diuiduam partem femur aptius excipit ipse
Ut genus moueat duplicato poplite gressus

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden